

et ex iis quae passus est didicit oboedientiam (Heb 5, 8; cf. 4, 15).  
Quare, S. Thomas qui aliquando in Christo homine scientiam acquisitam  
negaverat [In III Sent., d. 14, a. 3, ~~q~~ sol. 5 ad 3m; d. 18, a. 3  
ad 5m], postea hanc sententiam expresse mutavit [Sum. theol., III, q. 12,  
a. 2; q. 9, a. 4 c. et sed contra quod conferes cum  
~~q. 9, a. 4 c. et sed contra quod conferes cum~~ In III Sent., d. 14, a. 3, sol.  
5 ad 1m]. Cf. J. Coste, Notion grecque et notion biblique de la  
souffrance éducatrice, Rech. sc. rel., 43(1955), 481-523.

nostrae cognitionis cognitionem habere tum ut possimus scientiam divinam, beatam, infusam analogice cognoscere, tum ut has scientias inter se et cum scientia acquisita comparemus.

~~e. Scientia divina est illa scientia <sup>(1)</sup> qua Deus se ipsum comprehendit secundum totam suam cognoscibilitatem~~

2. Scientia divina est illa scientia (1) qua Deus se ipsum secundum totam suam cognoscibilitatem immediate comprehendit, (2) qua Deus eo ipso omnia possibilia comprehendit, et (3) qua Deus omnia actualia sive praeterita sive praesentia sive futura perfecte cognoscit.

Qua in scientia obiectum primum est ipse Deus, seu ipsa divina essentia. Obiectum autem secundarium est omnia possibilia et omnia actualia.

Porro, obiectum secundarium attingitur quia et eo ipso quod attingitur primum. Comprehensa enim divina essentia, eo ipso comprehenditur divina potentia et divina voluntas; eadem enim realiter in Deo sunt essentia, potentia, voluntas. Sed ubi comprehenditur divina potentia, eo ipso comprehenduntur omnia quae potest facere divina potentia; et ubi comprehenditur divina voluntas, eo ipso comprehenduntur omnia quae vult facere divina voluntas.

Vide Sum. theol., I, q. 14.

3. Comparantur scientia divina et scientia humana naturaliter acquisita.

Cum scientia divina non cognoscatur nisi mediate et analogice, totius quaestionis solutio dependet ex cognitione quam quis habet de scientia humana naturaliter acquisita.

De analogia scientiae

Quattuor in Christo,

Quattuor in Christo, Deo et homine, distinguimus scientias.

Quarum tamen nisi unam immediate non cognoscimus; caeteras enim

lonergan dvi th 12

De analogia scientiae

Cum difficilior reputetur quaestio de cognitione cognitionis,

lonergan dvi th 12

De divisione scientiae

Quas quattuor in Christo distinguimus scientias non pariter  
cognoscimus.